

**G**alasci Ferdinandi utriusq; iuris consulti  
Illustrissimi Regis Portugallie oratoris ad In-  
nocentium octauum pontificem maximū de obe-  
cientia oratio.

**E**t si non sim nescius. Pater beatissime  
Pontifex maxime ouiq; christi thesi pa-  
stor beati Petri dignissime successori et dei  
nostri generalis vicarie. quanta doctrina et quan-  
tis laudibus prestare debent. is qui coram conse-  
ctu vestre beatitudinis et pietatissimorum horum  
patrum verba facturus aut orationem habitur.  
sit. Et si me quoq; non lateat qd grandem prouin-  
tiā et qd impar humeris meis munus celebrandū  
suscepimus. qui et dicendi consuetudine eloquētie  
copia ingenij acumine et omni pectoris doctrina  
destitutus sum. Cum preterea loci dignissimi ac  
omniamissimi amplitudinem et maiestatem intueor  
qui non nisi a peritissimis et grauiissimis viris oc-  
cupari solet. Cum deniq; tremendum et gloriosum  
vestre beatitudinis: et sacri biius senatus conse-  
ctum: et rei de qua agendum est magnitudinem  
et splendorem hinc considero. Inde serenissimi ac  
illustrissimi principis Johannis secundi. Regis  
portugallie et algarbiorum citra et ultra mare in  
affrica et domini guinee: vestre beatitudinis obse-  
quentissimi filij: qui nos ad eandem sanctitatem le-  
gatos misit in hanc sanctam et apostolicam sedem  
deuotioem fidem et obseruantiam. Iosolens pro-  
fecto et velut amens et temerari horreo totus. fra-  
ctus et enervatus tota mente ac artibus contremi-  
scō totus et vox fauibus heret et dicere cum hye-

In 1250

remia cogor. **A+a+a+** domine deus ecce nescio lo  
qui quia puer ego sum. Quippe ad declarandaz  
xpiane religionis signifero qui cum vices dei in  
terris gerat: non deditur sese seruum seruorum  
dei adpellare: tanti regis deuotionem et obedien  
tiam: et ad tante legationis munus absoluendum  
ex litteratorum lusitanorum corona: erat quispiam  
alius acomodatior me: quem nulla eruditiois or  
namenta illustrant nec huius doctrine studia de  
corant: a quibus quantum absum: tantum ab hoc  
dicendi munere me abesse fateor parere tamen et  
iussa capessere illustrissimi regis: qui onus iniun  
xit fas fuit: **C**ui non obsequi et non obedire scel⁹  
et nefas fuissz. Ferat igitur quo animo vestra bea  
titudo pro sua sapientia equitate et solita in omnes  
clementia: audire iejunam hanc exilem et obscuram  
orationem nullis salibus coditam: nulla sententiaz  
grauitate magnificam nulla verboruz vi: ac pon  
dere loculentam et expolitam.

**C**De obedientia igitur Beatissime pater: ad quam  
vestre beatitudini prestandam de; ultimis ulterio  
ris hispanie finibus: longo terrestri itinere fracti  
deuotione tamē et animis integri: ab illustrissimo  
Johanne Secundo Portogallensium optimo re  
ge missi sumus: anteqz dicam: vestram sanctitez  
supplex veneranter ozo: pauca prius de preclaris  
lulitanie domus meritis: et de virtute ac religione  
dicti Regis sumatum audiatur: quo eius in catholi  
cam fidem amor: et in hanc sanctam et apostolicas  
ecclesias obseruantia magis magis in aperto sit.  
**C**um olim Beatissime pater proditione Julia  
ni comitis urbi septe i astrica: que supra traiectū  
eminet prepositu: et Roderici utiusqz tunc biberie

Regis Gothorū vltimi: culpa ac inbertia hostes  
xpiane religiōis acerbissimi: omnem ferme hispa-  
niam armis occupassent: et annis plurimis fedo  
et tetro seruitutis iugo sumisissent. Alfonsus pri-  
mus Portugallensium princeps non sine diuino  
numine: in ea natus est estate. Is tunc minori toti-  
us lusitanie p̄uertie solum preerat: que inter du-  
riū et minium steleri et in felici gleba ea tempe-  
state protendebatur. Portugalliam acolle: Agae  
portu in fauicibus durū site vocauere. Que post  
modum toti etiam regno nomē indidit. Sed vir-  
diuini ai et cōsilij plurimas a mauris occupatas  
vrbes agressus varijsq; et incredibilib; victorijs po-  
tit; partim vi p̄tīm astu expugnat in quib; inter  
duriū et tagū leria sanetrena et nobilissima oūni  
olisippo ciuiū romanorū quondam municipiū: cū  
in numeris pene alijs munitissimis arcib; et oppi-  
dis quibus non contentus traecto tago regionē  
totam intra illum et annam flumen porrectam: nō  
minus vbertate soli: q̄b; viris et armis felicem: cuj;  
ebora regia magnifica et veteris latij glorirosa vr-  
be: et armis perdomuit: et victorijs illustravit. ple-  
rasq; non sine xp̄i ihesu clarissimo auxilio: et noto  
omnibus miraculo consecutus est. Cizimbram ac  
palmelam duo vel sitū: vel operibus in expugna-  
bilia oppida: ab infidelium manibus eripuit et in  
suam potestate redigit. Et cum paucis admodū  
equitibus mauroq; ifinita millia fudit: fugauitq;  
Et rursum apud euriq; campos apud eum lo-  
cum quem capita regum vlgus nunc appellat ex-  
igua et parua manu: cum quinque potentissimis  
regibus victor certauit i qua pugna egregie plus

Et sortem pugnando: decebat quinque illius fia  
stere aptata scuta Barbarorum tela in ea in torta  
perfregere. Ex qua singulari et inclita Victoria lu  
sitanorum regum signa; et arma scutis quinq; qui  
norum denariorum numero sparsis distinxit cum  
ad eam tempestate unum tantum: et id totum nu  
mis passim resparsum fuisse: satis constet. Quinq;  
igitur scuta in sanctissime crucis figuram locata:  
et quin denarij similiter admodum crucis asper  
si: quid aliud nobis indicat: nisi triginta argente  
os pretium sanguinis Christi Ihesu: quibus ab yma  
nissimo Iuda iudeis traditus fuit. Is autem sig  
num militibus daret: flexis ad terram genibus o  
rans: saluatorem in cruce pendentem conspergit:  
fuit regis animi ea fiducia: ea cordi insculpta fides  
ut tam scapulo miraculo non territus: hec adde  
re verba ausus sit. Non oportere sese Christum ho  
mini firmissime credenti ostendere: hereticis et ab  
eius fide aborrantibus: Et auersis illius modi o  
stento opus esse. Quibus rebus et pluribus alijs  
quas breuitatis causa prietereo: hac luce apertius  
vestra beatitudo intelliget: qua animi constantia  
quo virtutis ardore quibus artibus: quibus gra  
dibus: et successibus ad culmen: regium ascenderit  
et angusta regni promidia: vir tam religiosus tam  
fortis: et tam pius: a terribilis seruitutis iugo li  
berauerit Regnum: et auxerit: et quam merito re  
gium nomine auxiliante populo et adiutrice hac san  
cta Romana ecclesia clarissimo nutu: et eterne ma  
iestatis optimo auspicio: sibi iure optimo accepe  
rit: et posteris in futurum relinquerit hoc ceteris  
principibus felicior quoniam multi populorum fa

uore: nonnulli armatorum satellitum metu pau-  
ci vero quos equis amauit iupi: er: qui vera vir-  
tutis via ad regios titulos aspirauerit. Quo mi-  
hi minus admirabile videri solet: si tali tanto et  
tam forti auctore partū regnū eius gloria pro-  
genies eisdē artib⁹ auferit. Nam eius successores  
ea lusitaniae parte: que a stotetione montium in-  
gis: a meridie occano: ab oriente anne fluuij ho-  
stio: ab occidente sacro promontorio continetur;  
quam Algarbij Regnum punica etiam nunc Ilin-  
gua vulgus appellat mauros multis ac munitissi-  
mis vrbibus erpugnatis breui pepulerunt q̄ ita  
vniuersa Lusitania recuperata hostes xpiano no-  
mini infestissimos victos fugatosq; in affricam:  
vnde vtranq; byspaniam dominaturi traiecerāt  
panci admodum Lusitanorum reges reiecerunt  
Qd vtiām pari studio & contentione a reliquis  
hispaniarum principibus factum fuisset. vt min⁹  
estate nostra negotij & laboris apelendo ab byspa-  
nia hoste supercēset. Sed parum inclitis Lusita-  
nie regib⁹ pro animi ac virtutis magnitudine vi-  
sum est sua recuperare nisi etiam aliena scrutare  
tur: tam & si alienum nihil vnc̄s arbitrati sunt qđ  
vel ad defensionem vel ad propagationem xpia-  
ne religionis pertineat. Alfonsus quartus in qua-  
dentibus iterum africanis regibus hispaniam q̄  
bus rex Belamerim: cum infinita pena proceuz  
& militum multitudine preerat artissimo traiectu  
gaditanū freti copias ualidissimas ab vrbē septi-  
ad gibaltaris portum transuebentibus & iam cari-  
sam hispanie oppidum obsidētibus: ab Alfonso  
I em castelle rege sexto eius genero in auxilium.

*hostium*

extremi discriminis accitus: cum firmissimo exer-  
citu propere celeriq; in beticam contendit vbi cō-  
muni consilio communi periculo tantam etrum  
molem agressi apud salatum fluum: qui in fre-  
tum ipsum proprie oppidum influit vnico prelio  
quadraginta 7 quinquaginta maurorum millia  
occiderunt ac ita peritura denuo hispanie succur-  
rentes pestem illam nefariam a christiani populi  
ceruicibus propulsarunt. Non commemo ro bel-  
la plurima cum finitimi gesta nec victorias cla-  
rissimas pro patrie 7 regni libertate tutanda par-  
tas: sed enim laudare lusitanie reges sed summa-  
tim eorum merita 7 officia in xpianam fidem 7 in  
hanc sacro sanctā sedem recensere institui. Quip-  
pe 7 virtute 7 gloria reruz gestarum inter se om-  
nes pares sunt. Ob eamq; iam ad illud inclitum  
et orbi vnuuerso monitissimum Johannis primi  
proaui Johannis fidelissimi vestre beatitudinis  
filij facinus egregium transeo: qui a propulsādo  
ad inferendum affrice bellum: tanq; scipio alter  
animum transtulit. Quippe enauigato cam ma-  
rima classe occeano p; gaditani freti hostia ingre-  
sus: urbem illam septaz situ portuq; edificijs mu-  
nimentis: haud minus q; magnitudine 7 opulen-  
tia claram obsedit: 7 vi cepit. qua in christianoq;  
potestatem redacta virus omne punice seuitie ve-  
lut atrico venenosissimi serpentis capite ita oīno  
perdomuit 7 extinxit vt qui antea de hiberie fini-  
bus occupandis continue agitabant: de suis iam  
tutandis solliciti redderentur. Euenitq; vt cedes  
fuga incendium 7 vastitas cetereq; bellorum pe-  
stes in africam: Imperatorum nostrorum soller-  
tia trāslate sensum illis immanissimis feris a pro-

sequendo hispaniense bellum auerterent. Sed  
non defuere tante rerum oportunitati reliqui lu-  
sitanorum Reges eius successores. quinymo edu-  
ardus Johannis commemorati filius & Johānis  
nostrī aūus paternē glorie emulus: tam & si quin  
queniam regnando non expleuerit: non putauit  
se se intra Lusitani regni limites honeste contine-  
re posse: nisi pro christiana religione amplianda  
facinus dignum aliquod ederet. Eocqz animo nō  
septam modo viriliter tutari contra barbaroz  
imperius conatus est. verum etiam Eingim anti-  
quissima & munitissima urbem legata Henrico &  
Ferdinando fratribus exercitu obsediōe est ado-  
ratus que incredibili pene mauroz multitudine  
subsidio occurrente & Ferdinādo regio fratre ex-  
ducibus altro viro proculdubio sanctissimo se se  
pro voluntario obside: ymo sacrificio & victima  
offerente: soluta tandem infeliciter fuit. Et eo ita  
in Barbarorum potestatem dato hijs conditio-  
nibus ut non alio qz tradende vrbis septe pietio-  
redimeret' mauri rursus emētita fide obessa iam  
nroz castra die noctuqz agressi non prius oppri-  
gnare desistūt qz Henricus dux alter regius. Itē  
frater vir belli & pacis artibus insignis trāslatis  
sensim munimentis & castris ad littus a quo toto  
qz quā magne vrbis spatio aberat castramentat<sup>9</sup>  
est. Atcqz inde se cum exercitu in naues recepit. ut  
G. B. intelligat preter laborem impensam & cōti-  
nua milituz ac ducum pericula calamitates ipsas.  
in hoc tam glorioso pro fide catholica bello in re-  
gia domo & in sanguine ipso non defuisse.  
**D**icerez multa. B. p̄ de alfonso clarissimo re-  
ge. v. Eduardi filio & p̄e huius sanctissimi tron<sup>9</sup> +

deuotissimi filij Johannis: qui superioribus diebus nature concessit. nisi videretur vestre Beati tudini et sacro huic venerando cetui: quod descendimus elusitania laudaturi lusitanos Reges et regna et non prestatur eidem deuotam obedientiam. In summa tamen rerum ab eo gestarum ex vberantia faciam quod chrispus saiuistius de cartagine faciendum censuit si hoc unum non tacueretur: diuersis temporibus cum maxima et instructissima classe in affricaz traiecit: ter exercitum partissimum in importuoso et hostili littore exposuit tres inexpugnabiles pene urbes vi et armis cepit quod nescio un alicui unquam Romanorum ducum aut priscorum regum contigerit! Mibi certe diutius mecum volunti nemo ne ex veteribus qui dem occurrit. His autem victorijs cum tutum atlanticum fretum et partem interioris mauritanie subegisset Cum terras et maria dictioni sue pareat coegisset cum continentem assiduis excursionibus et mariaec portus classibus infestasset ita penitus maurorum vires et potentiam atrivit ut granate Regnum in betice visceribus a christi inimicis occupatum quod occulto dei misterio ad granum aliquod iudicium reseruatum esse mortalibus videtur et mihi semper videbitur iam nunc campi et eius oppida vi et armis occupari omnino a christianis posse appareat. Non desunt Beatissime pater quamplura alia eius in christi ihesu fidem et Romanam ecclesiaz merita: que si sigillatum recessere velum longius quam per esset progrederer sed duo tantum quam breuissime perstringam Primum quod eo regnante Henrici patrui eius de quo supra

meminimus industria cepta nauigari Ethiopia est. Alterum vero sit q̄ eodem tempore in oceano atlantico decem insule vix ipsis orbis descripitoribus cognite a nostris innente sunt et in oēs Lusitaniae colonie deductæ. In quibus iam mira incolarum frequentia habitatis christiana fides haud minore ceremonia q̄ inter nos colitur. Ita ut mibi vere Alfonsus Rex gloriösus ad christianam religionem sacratissimā colendam non contentus maior suorum finibus videatur: nisi etiā nouas pūntias noua regna nouas insulas et quasi nouos et incognitos orbes christi nomini et Romane ecclesie et vobis tandem pater beatissime et successoribus vestris in posterum addiceret.

Cursim res maximas et incredibilia merita superiorum regum pertranseo et infinita pene tacitus obmitto. ut ad ipsius Johannis secundi qui nunc diuino cōsilio in Lusitania regnat preclara in xpianam Rem publicam: et in apostolicā sedē officia descendam. qui vix oubere etate in Africam cum Alfonso patre trahitiens: in arzille magna et egregi oppidi obsidione: non militaribus tantum sed imperatorijs etiam muneribus functus christo ihesu et eius sanctissime fidei se deuouit. vbi militaria ornamenta que merito a patre assumpsit per eum decorata sunt. Et cum ydruntum Turchi acerrimi christiane religiōis hostes superiouribus annis occupassent et eius calawitas ruinam vrbi. ymmo toti ytalie indicaret. Surrefxit enim aliquis Beatissime pater ex christiāis principibus quos nondum metus inuasisset Rōgante sepius et efflagitati Sicto quarto qui ecclē

ſie dei ea tempeſtate preerat antecellor̄ veftro di-  
nifſimo: niſi vnicus Lufitanie Rex Alfonsus qui  
opem ferre ecclie dei ſemper conſueuit: et ſigno  
eruicis iam dudum parante ſe ad bellum contra  
Turchos Calixto tertio antecellore veftro ſe arma-  
uit: qui ſe ducem Christiane classis Sixto offere-  
bat ſi facinus dignus aliquid pro amplianda chri-  
ſtiane religiois libertate: aut pro vindicada chri-  
ſto noſtro illata iniuria agridi vellet: Testis eſt  
Reuerendissimus Cardinalis Portuſalleñ: qui  
ad eſt et ego cuius manu littore id continentes exa-  
rati fuere quod officiorū genus inter merita Jo-  
hannis Regis clarissimi commemoſādum in pri-  
mis ceneo: cum nemo ſit qui ignoret: dictis tem-  
poribus Johannem vnicum filium non successo-  
rem modo verum etiam partipem gubernandi  
regni et rerum omnium fuiffe. Nam recenſebo qua-  
impensa qua diligentia et q̄dificili tempore bel-  
lum illud mauritanicum ſemper gollerit et modo  
adminiſtret ſed ad illud preclarissimum eius in  
christi fidem et in omnes: qui hoc nomen profi-  
tur initium me couertam et ethiopiam illam pa-  
tris temporibus inuētam ea ſolertia inuiginaue-  
rit ut regno Portuſallie eius quadriennio men-  
ſibus tribas et diebus terdecim piura in ea re be-  
neſicia christiano populo contulerit quam annis  
duobus et quadraginta proximis quibus nauiga-  
ri illud mare cepit collata ſint. Inter medios enī  
ethiopes ultra equinoccialez plagam in proximo  
aurifodiniſ ſittoe caſtellum munitissimum ante  
muralibus et propugnaculis vallo et fossa septu-

3

maximo labore et impensa calce et quadrato la  
 pide et Lusitania nauibus importato construxit.  
 quo tam sanctum tam certum tam magnum cu<sup>m</sup>  
 illis gentibus commertiu<sup>m</sup> instituit ut saluatoris  
 nomen nunq<sup>ue</sup> fame quidem in ea auditum ita  
 nunc hominum nostrorum frequentia in populo  
 rum illo<sup>m</sup> auribus increbuerit: ut fera iam et bar  
 bara gens luxui et ignavie dedita caritatis expers  
 et pecudum more viuentes nitescere religione in  
 cipient. 3 Dicitur prieterea christian<sup>m</sup> populus  
 non solum inaudita auri et preciosarum mettium  
 inde alatarum multitudine: verum etiam omnia  
 numidarum peniarum maurisioru<sup>m</sup> ceterarumq<sup>ue</sup>  
 gentium nomini christiano infensarum commer  
 tia cum ethiopibus habita cessauere. unde mag  
 num pondus magna<sup>m</sup> uis auri ex commutatio<sup>n</sup>e  
 mettium terrestri itinere importata africam oem  
 aduersus christianos armare et munire solebat.  
 Accedit tandem hijs omnibus haud dubia spes  
 arabici sinus perscrutandi ubi asiam incolentiu<sup>m</sup>  
 regna et nationes vix apud nos obscurissima fama  
 cognite sanctissimam saluatoris fidem religiosissi  
 me colunt a quibus iam: si modo vera probatissi  
 mi geografi tradunt: paucoru<sup>m</sup> dierum itinere Lu  
 sitanorum nauigatio abest. Quippe cum emerso  
 iam multo maximo astrice ambitu prope piassuz  
 promotoriu<sup>m</sup> vni arabicus incipit sinus supioru<sup>m</sup> an  
 no nostri appulerunt flumina littora portusq<sup>ue</sup> oes  
 perscrutati que ab vlisippoe supra quinque et  
 quadragies centena passuu<sup>m</sup> millia certissima maris

3

3  
tertarum ac syderum obseruatione numerantur  
qua Regione explorata videre iam videoi quot  
quanticq; fortunarum et cultus et glorie cumuli  
tum populo omni christiano tum maxime vobis  
pater beatissime et successoribus vestris ac huic se  
di Petri sacratissime accedent Ea vero omnia re  
gis unius industria tam bieui tempore excogita  
ta et administrata: quis non iure miretur. preter  
tum cum maioria procul dubio sint q; ut a multis  
et maximis principibus diuturnis temporibus et  
varijs etatibus aut soleant aut posse fieri videan  
tur.

**P**retero consulto multas admirandas incliti  
enimi et corporis dotes: proceritatem formam in  
signem: animi magnitudinem liberalitatem: inte  
gerrinam vitam: moderationem: fidem: constan  
tiam: In re militari virtutem: in administrando  
regno iusticiam: et in omni genere prudentiam: in  
deum religionem: in regnum et in subditos pietati  
tem: Pretero virtutis et industrie laudes: Prete  
reto glorie et victoriae monumenta: Pretero  
quo astu: quo consilio: qua prudentia: qua animi  
fortitudine propalatas divino nutu duorum Du  
cum factiones dissimulat et factiosos castigat.  
Que autem Beatissime pater attigi non aliam ob  
rem dicta a v. b. accipi velim: quia ut sciat q; et si  
omnes christiane Reges aut principes cari Bea  
titudini vestre: et huic sacro senatu merito sint  
nemo erit profecto qui vel suapte virtute vel ma  
iorum suorum meritis carior esse uno Johanne inclito  
Lusitanorum Rege iure optimo debeat. Quip  
pe cum ea sit vel eius vel progenitorum suorum rerum

gestarū; gloria: pro christi ihesu fide: atq; eam in  
hanc sanctā et ap̄licam sedē obseruantia: ut equa  
rit et id quidem vix possit: vinci certe nō possit.

**C**lam multis moror̄ Beatissime Pastor̄ plura  
forte dixi quam loco et tempori expediant: stomo  
cabit̄ iam. **Q. S.** alienas audire laudes precipue  
cum de vestris preclaris decantandis magnus sit  
cumulus et splendor et latissimus dicendorū; cam  
pus: et copia. Sed cum apud. **Q. B.** orationē ha  
beo quam admirari potius quam laudari pesta  
bit. Quippe indignus sum qui vestras amplissi  
mas laudes propalare sciam: et breui oratiōe com  
plecti cum chrispo Salustio censui sanctius om  
nino silere q̄d de vestra beatitudine pauca loqui.  
Quare regis mādata iam agrediar: Nullus vñq̄  
gratior nuntius contingere potius in clito Joha  
ni lusitanorū regi: q̄d cum dea nuptia ad eum fa  
ma tulit: hanc salutarem et pene diuinam creatio  
nem vestrā: et **Q. B.** euectā esse ad sanctissimum  
hoc sacerdotium et constitutam iure apostolum  
super omnem principatum et potestatem: et omne  
quod nominatur siue in hoc seculo siue in futu  
ro: incredibile prese fert leticiā: ob hoc diuinū do  
num et amplissimū xp̄i fidelibus colatum munus  
faustum eidem et felicem illurisse illum diem cer  
te scio: quo intellexit. **Q. S.** de grauissimo: et inte  
gerimo Cardinali effectum esse totius xp̄iani po  
puli vniuersalem p̄tificem. Non cessat continuie  
iuges sempiternas et immortales deo immortali  
agere gratias: q̄ de tali pastore: de tam religioso  
pontifice: de tam solerti vicario: de tam digno pi  
scatoris successore: siue sancte et vniuersali ecclesie  
huic sacro cardinaliū cetui et fidelium xp̄ianorū  
prosperitati et saluti cōsulerit. Gratulat̄ ecclesie

q̄ pastorem tam grauem: tam prudentem tam nobilem: tam doctum tam prestantem omni genere virtutis sortita est. Gaudet sibi q̄ diuina bonitas prestantissimorum Cardinalium animos: spiritus sancti flagrantissimo ardore inflamauerit ut crearent p̄tificem: qui primum ecclesia mox xpianorum populo: demum hispanie et precipue rei publice lusitanie sit salutaris. Suscepere iam Beatissime pater vestre maxime virtutes in hoc. G. B. decreto omnium dignitatum apice condigna premia: credidit. G. B. summi pastoris officium quod suū erat sacer hic senatus: cui gratias agere et referre in t̄ce iubet Rex illustrissim⁹: qui Innocentium octauum vere innocentem summo sacerdotio de corastis: et lumen et solem mundo dedicatis. Et qui iuxta valentianum Imperatorem talem in pontificali sede constitueret procurastis: cui omnes sine re capita sumunt libenter eius monita audiunt: et a quo delinquentes medicamenta suscipiant et ad eorū reuersi indulgentiam consequantur: quo gaudet ecclesia: xpianus popul⁹ exultat. Religio plaudet numeri et innumeri letantur. Ad vos igitur clauigeruz regni celorum vniuersalis ecclesie venerandum. Necistitem de ultimis hispaniaruz finibus et sub longinquō ut ita dicam sole nativitate tabundi missi legati venimus: leticie et gratulatiōnis omisi deuotionis obseruātie et caritatis plenii exposituri Johannis excellentissimi lusitanorum regis humilem et deuotam obedientiam et mandata fidelia adoraturi suo nomine Esteram Sanctitatem pedes eius sanctissimos deosculatur. Gio

riosa in vestram Beatitudinem veneratur. Mē  
minit celsitudo Regia innumera et immortalia  
beneficia ab hac sancta sede et a predecessoribus  
vestris in eum et suos antecessores non auara ma-  
nu colata. et summos favores quibus hec Alma  
mater ecclesia omnes Lusitanos Reges. et res ab  
eis commendatas hactenus proscrita est. Fatetur  
Serenissimus ac Illustrissimus princeps Joha-  
nes secundus Rex Portugallie et Algarbiorum.  
etra et ultra mare in affrica et dominus Guinee  
vestram beatitudinem velut sydus quoddam il-  
lustre et micas e celo humano generi missum esse  
quo remige ymo duce vaga per universum orbe  
nauicula Petri tuta non fueret. Fatetur vos ve-  
rum pontificem Fatetur hanc sanctam sedem et  
hanc sacerdotalem et regiam urbem in qua gens  
sancta et populus electus verum totius orbis ca-  
put velut Ies qui id in lacte surit et qui a maio-  
ribus suis hoc gloriose ornamento Insignitus  
est. qui inter multas scismatis factiones quot su-  
periora tempora fuere nunquam a Romano et ve-  
ro pontifice desciuerunt Qd nescio an alij impera-  
tore et regie domui unquam contigerit. Fatetur  
vos verum successorem eius de quo ysaias recor-  
datus est dominus dierum seculi qui suscitavit  
de terra pastorem ouium. Fatetur grauissimus  
Rex Romane ecclesie obseruantissimi et Christia-  
ni cultus ampliator coram quo Regē Ethiopū pro-  
cidit et cui singulos annos munera offerūt. G. B.  
vere vices eius in terris gerere de quo David in

psalmo. lxxi. 7 dominabitur a mari usq; ad ma  
re 7 a flumine usq; ad terminos orbis terrarum  
coram illo procedent Ethiopes 7 inimici eius ter  
ram lingent Reges tharsis 7 insule munera offe  
rent Reges arabum 7 saba dona adducent 7 ado  
rabunt eū omnes reges 7 omnes gentes seruent  
ei. Pollicetur se omnia que ad obsequiūz que ad  
honorem que ad dignitatez. G. B. 7 sacri huius  
senatus pertinebunt: etiam cum capitib; discrimi  
ne: sanguinis effusioe 7 fortunarum omnium ero  
gatione: facturum: pro cuius salute 7 amplitudi  
ne eius opa gratia 7 fides nullo loco 7 nullo tem  
po re deerit: quicquid imperio valet opib; prestat  
fortūa polet. G. B. liberalissime offert. Obsecrat  
obtestatur pientissimus Rex per xpī ihesu effossū  
latus quo ecclesia hanc consecrauit 7 per eius no  
men ac vices quas in terris. G. B. geriti ut cum  
res exegerit regno: ciuitatibus: opidis: arcibus:  
classibus insultis: 7 postremo omnium quod ca  
rius est seipso ac suis vtatur: omnia periculo 7 ex  
periētia teste: ante pedes. G. B. ponit quam om  
nipotens 7 misericors dominus felicem 7 incolu  
mem multos annos tueatur. Cetera Beatissime  
pater aliud tempus expostulat que remotis arbi  
tris cum. G. B. iusterit explicabimus.

Claus deo. Dixi.



Ymc  
1250